



UNIVERSITÄTS-
BIBLIOTHEK
PADERBORN

Universitätsbibliothek Paderborn

**Nucleus Casuum Conscientiæ Sive Brevis Notitia Eorum
quæ scitu vel necessaria, vel valde vtilia sunt
Confessarijs in primo ingressu ad audiendas Confessiones**

Agostini, Giuseppe

Coloniae Agripp., 1644

De Suspensione.

urn:nbn:de:hbz:466:1-41767

est, Memoriale Clericorum: vbi etiam habetur Catalogus suspensionum: Nos breuitati consulimus.

10 Excommunicatio, si non est reseruata, potest à quolibet Confessario absolui; si verò est reseruata; absoluitur ab habente auctoritatem, siue ordinariã, siue delegatã respectiue, aut beneficio Bullæ, aut Iubilei, aut per priuilegiũ.

11 Sacerdos excommunicatus, si celebrat, fit irregularis, si sit in maiori excommunicatione, non autem si sit in minori: tunc enim solum peccat communicando se. Agunt de excommunicatione *Suar. de cens. disp. 8. cum seq. Filliuc. loc. cit. Bonac. tom. 1. tr. de cens. disp. 2. Tolet. l. 1. c. 4.*

DE SVSPENSIONE.

SVspensio est Ecclesiastica censura, per quam impeditur Clericis vsus Officij, aut beneficij Ecclesiastici. Quare duplex est: alia ab officio, alia à beneficio, vel certè ab vtroque. Differt autem suspensio à depositione, aut degradatione, quia hæ sunt ex se perpetuæ,

petuæ, & irreuocabiles; illa, vel est ad tempus, vel certè remissibilis.

2. Suspendio ab officio est suspendio ab usu potestatis spiritualis ad exercendum aliquem actum: siue Ordinis, & dicitur suspendio ab Ordine; siue Iurisdictionis, & dicitur suspendio Iurisdictione, & possunt hæ suspensiones separari, & coniungi. Itaque suspensus ab Ordine non potest ministrare in illo Ordine, in quo est suspensus, & si ministrat sit irregularis: suspensus verò à iurisdictione non potest exercere illam iurisdictionem: non tamen sit irregularis, si exercet, nisi nisi in aliquo calu imponeretur etiam irregularitas.

3. Item suspendio à beneficio est duplex, aut ab omni, aut ab aliquo tantum: & priuat usu Iuris ad percipiendum temporale emolumentum beneficij, vel in totum, vel in partem, iuxta qualitatem suspensionis. Et quidem, durante contumacia, non potest suspensus ali fructibus beneficij: potest autem, si non ad sit contumacia. Ex quibus verò peccatis oriatur suspendio, pertinet ad varias materias. Agunt de Suspensione *SMAR. de*
cons.

*cons. disp. 25. Filliuc. tom. 1. tr. 17. Bonac. 10^o
1. de cens. disp. 3. Tolet. lib. 1. cap. 42.*

DE INTERDICTO.

Interdictum est Ecclesiastica cen-
sura, priuans homines vsu quarum-
dam rerum diuinarum, quatenus vsus
quidam est: quæ vltimæ particulæ addū-
tur, vt distinguatur ab excommunica-
tione, & suspensione: nam excommuni-
catio priuat vsu rerum diuinarum, vt in
illo est quædam communicatio cum
alijs: in suspensione verò priuatur homo
aliquo vsu, vt illi competit ex officio, &
beneficio: at in Interdicto priuatur illo
vsu, vt sic.

2 Per interdictum, quod potest esse
locale, & personale: locale, cum interdi-
citur locus: personale, cum persona: pro-
hibetur vsus aliquorum Sacramento-
rum, vt Eucharistiæ, extra casum neces-
sitatis, extremæ Vnctionis, & Ordinis:
aliorum verò, respectu eorum, qui causam
dedere interdicto.

3 Alius effectus est priuatio diuino-
rum Officiorum, scilicet publicè, & so-
lemni-

○ 5

lemni-